ABIMELECH
AMOR, ET POENA
SEV
A B R Æ
PVDICA SIMVLATIO
ORATORIVM.

Armonicis alligatum notulis.

A FLAVIO LANCIANO ROMANO
In Basilica Transtyberina, ac in Augustiniana Æde
Musicæ Præfecto, cui decantandum
tradidit

IN SACELLO ARCHICONF. SANCTISSIMI
C R V C I F I X I

Octauo Kal. Martij MDCC IV.

S. POETA CANTANS VOBIS DIVINA:



ROMÆ, Typis Io: Francisci Buagni. MDCCIV.
Superiorum Facultate.

ARGOMENTO.

AL vigesimo Capo della Genesi si legge, che Abramo con Sara sua Consorte si partisse da Sur, e Cad per allontanarsi dal passato Incendio delle Città di Pentapoli, e dal Mare morto su le cui riue esalando ancora il fumo quelli luoghi erano diuenuti sterili, e di aria non salubre; onde per Diuino volere drizzò il camino verso Gerari in cui regnaua Abimelec, quale auuto auiso esser giunta nella sua Reggia Gente forastiera l'accolse restando inuaghito delle bellezze di Sara; perloche fù Abramo astretto fingersela Sorella, e non Moglie. Gastigò Dio il vano desiderio di quel Regnante col ridurlo all'estremo di sua vita: mà auuedutosi dell'errore ordinò che fosse consegnata ad Abramo la sua Sposa, e ricuperò la pristina salute contracambiando tanto fauore con far loro grandissimi regali.

MORALE ESPOSIZIONE.

CHe partissero Abramo, e Sara peregrinando, è insegnamento à noi, che siamo pellegrini in questa valle di miserie, accioche drizziamo il passo al Cielo, e ci mostriamo pronti al Diuino volere senza punto trascurarlo non isgomentandoci, che taluolta ci sieno tese insidie, ò tolte le cose più grate poiche l'Innocenza, vien difesa dal Cielo, che non lascia impunito quel desiderio che se non reca macchia cagiona ombra all'Onore.

INTERLOCVTORES.

SARA.

ABRAM.

REX.

AVLICVS.

PARS PRIMA.

Abr. Cara.
Sara.
Solùm reſtat
Superare montium Iuga,
Iuga verò ſuperata
In conſpectum ſe dat Geraris,
Vxor fida, Sponſa amata
Terge fletus, luctus fuga.
Cara
Sara
Sponſa amata
Solùm reſtat
Superare montium iuga.

Sar. Languor retardat greſſus,
Non eſt quod vltra pes tranſcurrat;
Abr. Vt Gerarim tendamus
Vocantem Deum noſcamus.
Sar. Sic me vocari gaudeo,
Loqui tamen non audeo.
Auræ tremulæ,
Zephiri molles
Per prata, per colles
Suauitèr flate;
Vos mei coniugis ſudores,

Ac itineris labores
Flatu leui temperate.
Auræ &c.

Aul. Amice vt bellè occurris!
Abr. An hæc est via, quæ, ad Gerarim ducit?
Aul. Votis arridet Cœlum.
Vobis ecce optata sedes
Plantis vestris curuantur aristæ,
Siste, fœlix viator hic pedes,
Donec comis florescant genistæ.
Vobis &c.

Sar. An ne sors tanta
Cordi euadat acerba?
Anguis latet in herba.
Abr. Quid ò Sara suspiras?
Sar. Nè suspiriorum auræ
Luctus succedat imber.
Aul. Intueri non audent pupillæ
Nouum Solem:
O quam cari Regi ardores fui
Si radio benigno posset frui.
Abr. Infelix quid audiui!
Aul. Mulieris venustatem illi significabo;
Amor dà mihi pennas, & volabo.
Abr. Cor sentit procellam,
Me rapiunt horrores;
An cordis expellam
Fugiendo timores? Cor &c.

Sar.

Sar. Quò Sponſe cordis tui
Nunc fugit fortitudo ?
Abr. Coſtans tu ſcis iam fui,
Sed nunc, crede, me terret
Tui vultus pulchritudo.
Sar. Fax in pectore exardet honoris
Care Sponſe metus pelle,
Tibi cor non eſt rebelle
Mea te firmet nunc fides Vxoris.
Aul. En Rex Canibus montem luſtrans
Prædam acturus
Quam obtulit ſors.
Rex inuicte iam deſiſte
In cruentas feras ire,
Si labores vis lenire
Hìc venando pedes ſiſte.
Præda hic grata manet
Non erit ſors auara.
Rex. Ducatur Domum
Tàm mihi fera raritate cara;
Aul. Illam ducam ad te Rex inuictiſſime
Rex. Illam reduce ad me Serue fidiſſime.
Timor, ſpes pectori binæ
Sunt, & anchoræ queis fulcior,
Meæ cupidinis carinæ
Modo adſpiret Aura dulcior.
Timor &c,
Aul. Hoſpes quis es ?

Via quæ ad Regem ducit
Ni fallor hæc est,
Vbi Rex Abimelec
Externum genium adorat
Reddere verba times?
Quò agitur pes?

Abr. Quò Deus ipse vocat

Aul. Rex te saluère cupit
Syderi tuo fęlici
Current Regis amici.

Rex. Succendor prædâ
Quæ cruciat me!
Sperando consumor;
Et oculis humor
Arescit in spè. Succendor &c.

Aul. Est nę tua Soror ista?

Abr. Est mea Soror quidem
Vltrà petis?

Aul. Est Rege dignus vultus!

Sar. O Sors amara!

Abr. Vxor sororem finge, & linguam para.

Sar. Si est nomen sororis suaue,
Sit sororis nunc vtile nomen;
Obediam, sed caue,
Quod nomen sororis
Infaustum sit omen
Intacti pudoris.

Aul. Non plus moræ

Sic

Sic Regis hoſpes
Obtemperas mandatis ?
Abr. O vana ſpes !
Aul. Quò pergis ?
Abr. Ad Regem tendit pes.
Sar. Abram quid erit, mihi ?
Irâ ſuccendor
Abr. Sororis nomine
Te non offendor
Sar. Me ad luctus præparo
Abr. Me à te non ſeparo
Sar. Non alia in homine
Inflammor ſpe.
Rex. Prædam quam ſpero Feriam,
Vbi illam quęram cogito.
Amoris mei ſic ito telum
Quò te nunc coſtanter dirigo,
En'Amoris ſcindo velum,
I'tù in Cor feræ quam diligo.
Aul. Iam conſumpſiſtis iter,
Res vna reſtat,
Poſt labores fortunam ſecundarè,
Vt benè vobis ſit, Regem amare.
Abr. Si mente reuoluo,
Quæ regis ſunt munia;
Quæ corde meo voluo
Siniſtra infortunia ?
Fertę manus Aſtra tanto in diſcrimine rerum ?
Quò

Quò agitur pes meus?

Sar. Ad indicandum Portum

Polaris Cynoſura eſt nobis Deus.

In Nube Claritatem

Pudoris dabit fax;

In felle ſuauitatem

Stillet honoris pax.

In nube &c.

Finis Primæ Partis.

PARS

PARS ALTERA.

Rex. NOndũ Hesper per montiũ acumina
Spargit vmbras,
Quod tù Amor
Solis lumina
In me adumbras;
Si tu fabricas catenas
Desine mecum ludere
Amo pœnas.

Aul. Rex ante oculos tuos
En cara preda sistitur;

Rex. Si in genis rosarum
Nunc aduolat cor meum
Ipsa prædatrix est præda sum ego.

Sar. Peregrina mulier sum
Sis laborum nostrùm meta
Rex inuicte; dum nox queta
Nigro velo
Sub stellato ridet Cœlo.

Rex. Iuuat gaudere, sed tum....

Sar. Peregrina mulier sum.

Rex. Quemnàm tecum habes?

Sar. Ne tu obsequium despicias
Fratrem quoquè respicias.

Abr. Quos cernis ò Rex
Facis esse beatos;

Non autem nutu dignaris honesto;
Adest Deus!

Rex. Vestra sint regia tentoria,
Sar. Sunt infesta quæ parasti;
Rex. O quam cara diuersoria!
Abr. Astra ad iram prouocasti.

Rex. Me miserum quid video!
Heù infelix quid ploro!
Dum in te cara Sara quam adoro
Horrores timeo
Me miserum quid video!

Sar. Manus spargens illecèbras
Stringit tenebras in nubilum;
Nostra spes, vt vnda fluit,
Et in luctum ruit iubilum.

Aul. Accede Sara
Vitam producere Regi pręstat,
In vultu pharmaca portis,
Vmbras tu fuga mortis.
Sara accurrè Rex delirat
Tuorum luminum
Radio benigno solue venenum,
Iam cor eius angustijs tabescens,
Et nesciens serenum
Mœrore suspirat.

Sara &c.

Rex. Deùm timeo vltorem
Vocaui ad me Sororem non Vxorem

Aul.

Aul. En adeſt Abram.
Abr. Abſterge lacrymas.
Rex. Abram tu es?
Quò metu, dic quà ſpè
Vxorem tibi ſimulans ſororem
Fulmina mortis prouocaſti in me?
Abr. Acuit tela fides
Tolle amorem, & ruinis
Mortis erutus rapinis
Sparge fletus
In Portum illides.
Rex. Non nè iuſſi,
Vt redires ad thalamum Vxoris,
Saræ me iure nego
Omnis ærumnæ meæ cauſa fui ego.
Sar. Quæ dolorum tàm repentè
Vaſta moles grauat te?
Tuis pœnis iam circumdor,
Sine Abrâ me confundor
Fac vt redeat ad me. Quæ &c.
Rex. En tibi reddo Sponſum
Deus iram auuertet?
Sar. Gratias omnes in te vertet.
Rex. Meo quidem pectori
Reddatur pax,
Reſonent iubila,
Si ſoluit nubila
Pudica fax,

Sar.

Sar. Qualis receſſi à tè
Talis occurro Abram.

Abr. Cœlum vota ſecundat.

Rex. Sunt veſtra Abram, & Sara
Quæcunque nunc videtis.

Sar. Contemplor ſolum lilia,
Vt puritatis ſigna,
Mi cuncta fiunt vilia
Nec ſunt amore digna.
Contemplor &c.

Lacrymas cohibe Rex

Abr. Laurus amara,
Quæ comis tuis nunc ſerpit
Fulmina è Cœlo emiſſa in pacem vertit.
Luceſcat menti
Amiſſa ſpes,
Aurâ Clementi
Sortis iucundæ
Placantur vndæ
Deo carus es.

Rex. Abram, inuitus ego in te peccaui
Tù te ipſum accuſa.

Abr. Vxorem non ſororem Rex excuſa.

Rex. Reſtitutus in ſalutem,
Vbi mille ſunt dolores
Nolo meos vagari ſpiritus.
Adorabo Dei virtutem
Saram Abram proclamabo

Reſti-

Restitutus in salutem
Dei virtutem adorabo.

Sar. Te nulla lasset ætas
Abr. Grates referam Deo
à 2. Qui abstulit horrorem Cordi meo / timorem Sponso meo
Abr. Dolor dum corde effluxit
Oculis tuis illuxit
Diuini Amoris fax,
Et ardet vno numine
Calore luce lumine
Ad cor vt redeat pax.
Dolor &c.

Aul. Proh quot vidi portenta!
Flendo Rex reuiuiscit,
Discat nunc mens humana
Superna inuestigare res insana.
In labijs resonet
Honoris vox;
Virtute duce,
Doloris luce
Non caret nox.
In labijs &c.

F I N I S.